

*supplicasti, ut super concessione huiusmodi apostolice confirmationis robur adicere dignaremur.*

*Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, volentes, ut apostolicam sedem tibi meritorum tuorum intuitu favorabilem sentias et invenias gratiosam, concessionem huiusmodi, sicut provide et sine pravitate facta est, ratam habemus et gratam eamque auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. nostre confirmationis etc.*

*Dat. apud Urbemveterem Idibus Junii anno tertio.*